



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ

Roth von Schreckenstein, Hieronymus

Ingolstadii, 1550

VD16 R 3252

Totvm Mvndvm Esse Papæ Diocoessin, et Papam esse Ordinarium
cunctorum, atq[ue] ex illo principalitatem Ecclesiæ Romanæ uerißimæ
constare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30126

ROMANAE ECCLESIAE.

Illud proculdubio certissimi Iuris est, papam habere plenitudinem potestatis etiam in temporalibus, in terris in quibus Dominium in eisdem tenet. Alex. in Consi. II. in primo Volum. Consiliorum.

Et quod dicitur Papam solum habere plenitudinem potestatis in Spiritualibus & Beneficialibus. Clem. I. Ut lite pendente. Et in c. Venerabilem. Qui filij sint Legitimi. est intelligendum in terris in quibus ipse immediate non habet Dominium. Quia in terris subiectis Ecclesiae habet eandem Iurisdictionem, quoad Iurisdictiones temporales, quas hacet Imperator in terris Imperij. d. c. Venerabilem. &c. licet de Foro compet. Cum ibi notat. Et Alexand. in d. Consi. II. Primi Volum. Vbi allegat Iacob Butri. in Proemio C. affirmare, quod Iurisdictionis temporalis pendet ab Ecclesia, quia Ecclesia reseruata sibi substantia commisit Imperatori exercitium in temporalibus. Et ideo dicit donationem Constantini fuisse quandam resignationem potius quam Donationem propriam. Sed de donatione Constantini alias.

TOTVM MVNDVM ESSE

Papae Dioccesin, et Papam esse Ordinarium cuncto-
rum, atq; ex illo principalitatem Eccle-
siae Romanae uerissimae
constare.

I 4 In Con

DE PRINCIPALITATE

IN Confesso est Papam esse Ordinarium Cunctorum, ut ex c. Cuncta per mundum, & ex c. Principalem habetur. Nam illud. c. Cuncta per mundum, omnibus Episcopis scriptum est. Ita ut omnes Episcopi nullo excluso subditi sint Papæ. Hinc est quod Iurisperiti aiunt. Totum mundum esse Diocœsin Papæ.

Alexand. in Confil. 24. in Quarto Volumine, affirmat etiam omnia Beneficia totius mundi, quo ad Papam, esse manualia. Allegans Baldum in d. L. rescripta. Ex quo apertissime pius Lector uidebit Ecclesiam Romanam esse principalem totius mundi, eiusq; dexteram principalem merito appellatam.

Cum ergo Ecclesia Catholica Romana, ore diuino, Prophetico iussu, autoritate Veteris & Noui Testamenti à gloriosissimis Apostolis constituta prima principalisq; sit. Illudq; ex ueritate historiarum, atque sapientissimi Salomonis similibus, & testimonijs Quatuor Doctorum Ecclesiae, Hieronymi, Augustini, Ambrosij & Gregorij probetur. Atq; ex Clauum traditione & potestatis Concessione à CHRISTO Diuo Petro data, iuxta & ex Cathedra traditione Diuo Clementi facta, Tum ex decem persecutionibus, & XXXI. Pontificibus Martyro coronatis. Ex miraculis Romæ editis, fonte Olei ex terra fluente, atq; Constantini Imperatoris sanitatis recuperata mirando exemplo. Tum ex immensa Potestate & totius mundi Diocœsi, Et ipsius Constantini confessione, qui pa-

ROMANÆ ECCLESIAE.

qui pacem Christianis concessit Ecclesijs, constet. Atque etiam Canonum Decretis, Conciliorum & Imperatorum Constitutionibus appareat. Eandem omnes Christiani tanquam principalem merito uenerari, colere & obseruare debent, nullis hæresibus aut sectis eiusdem unitatem diuidere, quam CHRISTVS ipse Caput Sponsam suam illesam ex omnibus tempestatibus & procellis eripiet, in æternumq; immaculatam & indiuisam conseruabit.

FINIS.

INGOLSTADII EXCVDE-
bat *Alexander Vucissenborn.*

Anno Domini. M. D. L.